Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Deutzonoy

113.

filii nomine eius appellabit,
vt no deleat nomen eius ex
isl'. Cum autem noluerit accipere
vxorem fratris sui, que ei lege
debet, perget mulier ad
portam ciuitatis, et inpellabit maiores natu eiusdem ciuitatis
Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in isl', nec
me in iugalem sumere. Vocabunt
eum seniores ciuitatis et interrogabunt. Si vnquam
dixerit. Nolo eam accipere, accedet mulier
ad eum coram senioribus, et
tollet calceamentum de pede
eius, spuetque in faciem illius
et dicet. Sic fiet homini qui
non edificat domum fratris sui.
Et vocabitur nomen illius in isl'
domus discalciati. Si hiue
rint inter se iurgantes viri, et
vnus extra alium tueri cupiat
volens vxor alterius eruere
virum suum de manu ferientis, mittensque manum, et apprehendens
verenda eius, abscides illius
manum, nec flectaris super ea
vlla misericordia. Non
habebis in sacculo diuersa
pondera, maius et minus, nec
erit in domo tua modius
maior et minor. Pondus habebis iustum et verum, et modius
verus, et equalis erit tibi,
vt multo viuas tempore super terram,
quam dominus deus tuus dederit
tibi. Abhominatur enim eum dominus
qui facit hec, et auertitur
omnes iniustitias. Memento
quæ fecerit tibi amalech in
via, cum egrediebamini ex e
gipto, quomodo occurrerit tibi
et extremos agminis tui, cum
lassi resedebant recedens, cum
tu eras fame et labore confectus, et
timuerit deum, cum ergo dominus deus
tuus dederit tibi requiem et subiecerit cunctas circumitum nationes
intra quas tibi pollicitus est,
delebis nomen eius sub celo tamen
ne obliuiscar. Capitulum 26

Cumque introueris terram quam
dominus deus tuus tibi daturus
est possidendam et obtinueris
eam atque habitauerit in illa,
tollens de cunctis frugibus tuis
primicias et ponens in cartallo,
pergesque ad locum quem dominus deus
tuus elegerit ut ibi inuocetur
nomen eius, accedensque ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis
et dicens ad eum. Profiteor hodie coram domino deo tuo, quod in
gressus sum terram pro qua iurauit
patribus nostris ut daret ea nobis.
Suscipiensque sacerdos cartallum
de manu eius, ponet eum in altare
domini dei tui. Et loquetis in aspectu domini dei tui. Syrus pereg
bat patrem meum, qui descendit in egiptum et ibi peregrinatus
est in paucissimo numero, creuit
que in gentem magnam et robustam et infinite multitudinis
afflixerunt nos egiptii et posuerunt
sunt imponentes nobis onera
grauissima. Et clamauimus ad
dominum deum patrum nostrorum, qui exaudiuit nos et respexit humilitatem
nostram, et laborem atque angustias
et eduxit nos de egipto in
manu forti et brachio extento,
in magnitudine pauore in signis atque
portentis, et introduxit adlocum
istum et tradidit nobis terram mel
le et lac manantem. Et idcirco nunc
offero primicias frugum terre quam
dominus dedit michi. Et dimittes